

Hos omnia cum pondere atq; mensura fecimus mandatuq;
nostrum est ut in ictus oculi.

In psalterio dauidis actus omnes nostri tam minimi q; maxi-
mi scripti sunt.

Deus secundum numerum fecit omnia. Celum preceteris
sublimauit. examen posuit, ne quid falsitatis uel iacture
trutinando fiat.

Homines deluto. Demones exiguis flamma facio.

Omnis res mundana terminabitur, sola uero dei maximi
largissimiq; facies est interminabilis. Nihil deo noui acci-
dit. Uniuersis autem creaturis celi & terre noua co-
tingunt. Cum demonibus & hominibus mea precepta
spatiose peragam, nemo n̄ mea uol̄ ad supera erigitur.

CAPITULO CIII

CVLOS maxime laudat Maumet, quorum albi
gines sint candidissime, pupille nigerrime, & alibi
uocem asino similem maxime uituperat, & iubet cauedi
esse ab illis hominibus.

Paradisii uoluptates corporales plebeasq; & stultas p̄ hanc tota
cartam latissime narrat & absurde.

Deus est totius bonitatis multiplicator. Largus. munificus.
Sublimis.

Apud diem iudicii montes inpuluerem & aetheros redigen-
tur ita ut p̄ tellus sit planissima.

Oculos magnos & claros sepe laudat.

Vniuersa celorum & terre deum inconprehensibilem et
sapientem, totius mundi regem, uite & mortisq; datorem
& omnipotentem, primum & postremum, omnium occulto-
rum & patentium pariter, ac simul cognitorem omnium
inuocant & adorant. Quippe celum et terras sex die-
bus ille creauit, deinde thronum ascendit, ipseq; uolucru